



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiæ

3. De causis liberalibus à ieunio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

C A P. III.

De causis liberantibus à iejunio.

PVeri & puellæ ante completum annum XXI. ieuniilege non obligantur, Nam eo tempore sunt in statu augmenti, ideoque frequentiore & abundantiore alimento indigent: Eadem ratione etiam senes excusantur propter defectum caloris & virium.

2. Probabilius est, senectutis certum tempus constitutum non esse, sed prudenter arbitrio definendum, quando corporis vires ob ætatem deficiant, ut ieuniilege homo liberari censeatur, quia homines non eodem tempore simul incipiunt deficere, unde nec vniuersali consuetudine talis aetas definita est sicut adolescentibus XXI. annus. Sexagenarius tamen in dubio potest presumere, se liberum esse, Sanchez assignat sexagesimum annum.

NB. Votum ieunii obligat instar præcepti Ecclesiastici, quo ad modum, & non quoad personam.

3. Ægroti conualescentes, mendici, pauperes, laborantes, &c. ieuniilege excusantur, prægnantes & qui ob ieuniū non possunt dormire, Catholici famuli possunt comedere carnes ministrantes: pud hæreticos, dummodo scandalum tolli possit, si nimirum dicant, se in tali casu necessitatí Ecclesiæ præcepto non obligari. Toleratur etiam consuetudo, reliquias carnium bacchanaliorum dari pauperibus, laborantes fabri, sutores etiam, non item fartores, & pictores, tonsores. Concionatores & Professores excusantur, itinerantes, etiam equitan tes, propter concussionem corporis anim fatigantur,

ut. Verum in hac re certa regula dari non potest,
nisi quam saepius dedi, Ecclesiasticam legem non ob-
ligare cum magna difficultate.

Lex ieunii cessat, si non possit consistere cum o-
pere præstantiore aut maioris momenti, ut sunt o-
pera misericordiæ, Infirmarii, Concionatoris, Præ-
ceptoris, opus iustitiæ, defectus reddendi debiti, o-
pus charitatis, si vxor mariti iram effugere non pos-
sit, nisi comedendo modò ieunium non prohibeat
in contemptum religionis. Ratio horum est, quia
non oportet ieunium ab Ecclesia indicatum maioris
dieuus boni esse impediens.

Opus ieunii præceptum præcepti plerunque me-
lius est, quam peregrinatio. Vnde voluntaria pere-
ginatio non semper est sufficiens causa ieunii vio-
landi, nisi propœnitentia imposita non possit alium
in diem differri, Pilæ lusu fatigatus per accidens
modo absque proposito violandi ieunium luserit,
reculat à ieunio.

Ieunii præceptum sicuti & alia Ecclesiastica mor-
taliter intelligenda sunt, ut iis non nimis homines
grauentur, vnde confessarii non nimis vrgere de-
bent confiteentes, si rationem probabilem, quæ illis
tuta videatur, afferant, cur in Quadragesimæ tan-
tum bis vel ter in hebdomada ieunent, ne forte si
ipsiis contradicant vel nunquam omnino ieunent,
velob conscientiam grauius peccent.

Lex ieunii Quadragesimalis ita omnibus seculis &
apud Christianos frequentata est, vt irrationabilis
transferri possit, consuetudo eius abrogatoria. In fri-
gidioribus tamen his regionibus causam aliquomodo
probabilem afferentes, cur non omnibus diebus
ieunent, attamen à carnibus abstinentes absolvi pos-
sunt confessariis.

Iii Facilis

m XXI.
tempore
atiore &
n ratione
caloris &
ampus con-
definiens
ficiant, vi
homines
ere, vnde
nita est si-
agenarius
erum esse,
cepti Ec-
uo ad per-
uperes, la-
ragnantes
, Catholi-
strantes &
li possit, si
ti Ecclesiæ
m confue-
da ri pau-
, non item
natores &
n equitan-
m fatigan-
tur,

8 Facilis accedit excusatio ab ea precepti parte, quæ alteram refectionem in die ieiunii prohibet, quam ea, quæ e sum carnium prohibet: tamen propter infirmitates certam stomachi, opus non est dispensatione, in dubio autem licentia petenda est in Episcopo vel eo absente à Parocho pro consuetudine dicere.

N.B. Repetitio refectionis in die ieiunii non conceditur si solum concedatur e sum carnium, quia alii cibi non possunt haberi.

9 Episcopi ob publicam causam ieiunium in aliud diem transferre non prohibentur V. C. si ieiunium incidat in festū solemne peculiariter in aliqua civitate celebrari soli. Item, si vigilia S. Mathei incidat in bachanalia potest anticipari auctoritate Episcopi.

TRACTATUS IX.

De Ecclesiastica immunitate.

CAP. I.

Quid sit Ecclesiastica immunitas.

IMmunitas (quasi muneris id est oneris vacans) Ecclesiastica est ius, quæ loca, res vel persona Ecclesiastica à communibus oneribus liberæ sunt. Dixi in plurali, loca, res, persona, quia particularis Ecclesiæ exemptiones nomine Ecclesiastica immunitatis comprehendunt non solent, sed solum exemptiones illæ, quæ tali statui Clericorum communes sunt. Quæ ipsa causa est, cur Clerici ne iuramento quidem Ecclesiastica immunitati renunciare possint, quia non ob particularem aliquorum sed communem Ecclesiasticæ hierarchie favorem constituta est.

Triplex